

**nos bona voluntate convenit**, ut quamdiu quidem in conjugio sunt copulati, ipsa semenza per nos non debuit esse declinatum in servicio. Et agnacio, se ex ipsis procreata fuerit, ad ingenuetatem capitis eorum debuit permanere ingenui. Si quoque ut se eis necessitas fuerit, ad servizio caput eorum inclinatur, non ei detur licentia, nisi ad nos vel hereditate nostris propinquiores: et peculiare quod sit ante conjugio laborare potuerit, ipsa semenza tercia parte exinde habeat absque nostra repetitione, vel heredium nostrorum. Deinde in hunc epistola nobis intimare convenit, se nos ipsi aut hereditis vel propinquoi nostri, seu quislibet opposita persona, quid ad traditis convenientias ipsa semenza commendolare voluerit, aut contra epistola haec agere contemptator fuerit, soledus tantus

A componat, et nihilum dicit et quod repetit; et haec epistola omni tempore firma permaneat.

#### LIX. [Notitia de commodato.]

Ego enim illi qui commando illa villa. Constat me acceperisse, et ita accipi de homine, nomen illo, ad pristinum beneficium argento uncias tantas. Sic modo convenit, ut cum multa caretate ipso argento die Kalendas illas mox venturi Septembbris, et circum me habere debiam, et ipsa die argento vestro reddere faciam, et cautionem meam recipere faciam. Et si exinde negligens aut tardus fuerim, voluntate vestra non habueris, hic modo mihi in hunc caucionem placuit inserere, ipsas reveritas in duplum vobis sic reddetur, aut vobis, aut cui caucionem istas deducaris ad ex.

## NOVA COLLECTIO FORMULARUM.

STEPHANUS BALUZIUS TUTELENSIS

EX VETERRIMIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS ERUIT, IN UNUM COLLEGIT, PRIMUM EDIDIT  
ANNO 1677.

#### I. Petilio episcopi peregrini ad episcopum proprium.

In Christi nomine. Ille episcopus illo episcopo amico nostro devotam dirigo salutem. Gratias vobis referimus de caritate vestra, quam erga fidelein nostrum dignati estis facere et circa congregationem nostram qua est in oppido sita quod dicitur illum. Fecisti enim ut Apostolus commendans ait: *Prædicta verbum, insta opportune et inopportune nolenib[us]* (II Tim. iv). Qui enim sequitur apostolorum vestigia, luce gaudebit perpetua. Rogo vos humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro licet celebrare officium in parochia vestra et in ecclesiis vestris que in nostro sunt beneficio, si prædicare licet, si emendare, si corrigere, si erigere ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut poenitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciat cito petimus. Amicitiam vero vestram valde firmam optamus inter nos consistere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini quasi firmo amico tuo quolibet servitium, et paratu me habetis in omnibus honestis et justis mandatis vestris. Benevolete.

#### II. Commendatoria et exhortatoria ad sanctimoniam.

In nomine sanctæ Trinitatis. Venerandæ et almissæ gloriæque illæ, ego ille inferior cunctis servis vestris postulo summo a Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos et ammoneo ut laus popularis, qua per vulgares spargitur aures, vestram adtingat in mente, et crescendo polluat sapientia vestra apud Deum et homines. Omnis vero populus hac proclamat voce dicens his vero esse ditatam felicibus dominis, quod in perpetuum firmiter permaneat, citam omni bono consilio et claram facie omni conspicui humano, varias scilicet gazas miro ordine beataque mundi regna mirifice disponere, pulchram corpore et in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam, in aulem dicunt. Debetis enim semper gratias agere, ut in vobis haec et his similia crecent per omnia momenta. Vide, ut Apostolus ait, quonodo caute ambulaveris, sicut sapientes (Ephes. v). Et iterum: *Non solum coram Deo, sed etiam corrum hominibus providentes bona, etc.* (Rom. xii, II Cor. viii). Festina itaque, virgo gloriissima, sanctis studiis te et bonis operibus ornare, ut cum sanctis et beatis virginibus centenum merearis collegere rectum.

#### B III. Conquestio de vasso qui justitiam facere renuit.

Domino inluster atque præ cuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo ille. Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam siant, in omnibus amicus et bene cupiens vester, illud imprimitus quod plurima sunt et nobis opportuniunum, salutem in Domino optamus vobis in quantum arcana cordis mei continet plenitudo. De cætero cognoscas industria vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille ad nos venit et nobis dixit eo quod vassus vester nomen ille res post se malo ordine retineat injuste, et dixit quod nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea solicitamus vobis, precanmus ut hoc causa diligenter inquirere jubeatis, ut ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat perquirere justitiam. Et si hoc facietis, vestram bonam consuetudinem adimplietis. Et unde nos injungemus, et nos poterimus, vos vel servientes vestros in bonis partibus removere non tardamus. Agite taliter quod nos per vos bona habemus fiducia, ut iste homo noster serviens vester sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem. Ad sapientissimum sufficiet.

#### C IV. Item de eadem re.

Domino sancto apostolica sede colendo domino et in Christo patri illo papæ ille. Deus scit, cui nulla latent occulta, in quantum video et nostra est possibilis, in omnibus amicus et bene cupiens vester, illud imprimitus quod plurima sunt et nobis opportuniunum, salutes in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, vel quanto n distat ortus ab oriente et deficit ab occidente, seu et si fieri potuisset quod tota membra vertissent in lingua. De cætero supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestris sanctis orationibus intercedere digneris. Et iterum, Domine, supplicamus cognoscas admitas vestra iste præsens homo noster serviens vester nomen ille res sua malo ordine post se retinebat injuste, et nulla justitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamur vobis ut hanc causam diligenter inquirere jubeatis; ut sicut vestra bona est consuetudo, ipse homo noster serviens vester sine ulla dilatatione ad suum exinde debeat pervenire justitiam, et sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestionem, et nos vobis gratias agamus. Et si locus advenerit, vos vel serviens-

les vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Ad sapientissimo sufficit. Salutamus vobis satis et super omnia satis usque ad gaudium magnum.

#### V. Indiculus regalis.

Dominis sanctis et in Christo Patribus omnibus episcopis, seu et venerabilibus omnibus abbatibus, atque illustribus viris, seu et viris magnificis domesticis, vicariis, centenariis etiam quod omnis pars et amicos nostros seu et missus nostros discurrentis, ille rex Francorum vir Influster. Cognoscatis iste præsens ille ad nos venit, et nostra commendatione expeditiv habere; et nos ipso grataente animo recepiimus vel retenemus. Propterea omnino vobis rogamus siue jubemus ut neque vos, neque juniores, neque successores vestri, ipso vel homines suos, qui per ipso legitimi sperare videntur, inquietare, nec condemnare, nec de rebus suis in nullo abstrahere, nec diu nec nocte non præsumatis, nec facere permittatis. Et si talis causa adversus eo surrexit ut ost..... fuerit et ibidem adimplitis vos absque eorum in quo dispendio minime desinatis fuerint, quod ante nos separare vel reservatas, et talis causa ante nos univitam accipiant sententiam. Et ut certius credatis, manu nostra subter adfirmavimus, et de anno nostro sigilavimus.

#### VI. Indiculum de servis fugacibus.

Dilecta Dei, sponsa Christi, socia sanctorum virginum merito coquanda, inlustris Deo sacra illa, ille. Deus scit in quantum valeo in omnibus in Christo amore amicus et bene cupiens vester illud imprimis quod plurima sunt salutem in Domino optamus vobis in quantum totus mundus fulget in gloria, aut si fieri potuisset quod tota membra versissent in lingua. De cætera cognoscat dilecta caritas vestra, sicut nobis dictum fuit, eo quod homines vestri nobis configuraverunt, et nos auditum habemus ubi esse debeat. Propterea apices nostros vobis direximus, si vestri homines sunt, misso vestro ad nos dirigere facialis, et quantum nos potevimus hac causa diligenter procuramus ut ipsos homines recipere facias.

#### VII. Donatio ad casam Dei pro missas canendo.

Igitur ego in Dei nomine ille venerabilibus fratribus illo et illo. Admonet mihi amor Domini nostri Jesus Christi et desiderium de illo paradiso ubi justi habitant, ut me Dominus ibidem participare dignetur, seu et timor gehennæ, ut me exinde Dominus eripere jubeat. Propterea cedo vobis ad die præsentem ad mea eleemosyna faciendo a pauperis vel a sacerdotibus ad missas canendo dispensando, cessumque in perpetuo esse volo, et de jure meo in jure et dominatione vestra transcribo atque transundo, hoc est, res proprietatis meæ tam in civitate illa quam et foras in ipso pago seu et in aliis. Habet ipsas terras cum omni superposito de longo tanto, similiter in latus et in frontis subjungit de ambobus frontis et de ambobus latus terra illius, ipsas res et casas superpositis ad integrum seu et vineis in oppidum civitatem illius cum terra proprietas mei. Habet ipsa vinea arpennes tantos. Subjungit de ambobus latus et ambobus frontes terra illius. Etiam et in ipso pago in agro illo portione mea, tam terris, mansis, domibus, ædificiis, vineis, olivis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, quicquid in ipsa loca portio mea est, totum et ad integrum rem inexquitam et aliam rem quantuncunque visus sum habere aut inantea laborare potuero, tam peculium, præsidium virius generis sexus, aurum, argentum, drapalia, æramen, usentilia, mobile et immobilebus, quicquid dici aut nominari potest, ubicumque visus sum habere, medietatem ad integrum, ita ut ab hodierno die habeatis, teneatis, et in mea eleemosyna dispensando liberam et largissimam ad die præsente in

A omnibus habeatis potestatem faciendo. Si quis vero, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel ullus quislibet ultra opposita persona qui contra hanc cessionem istam venire conatur, et a me vel heredibus meis defensum non fuerit, inferamus vobis una cum socio fisco auri uncias tantas, argentum pondus tanto esse multando, et præsens cesso ista omni tempore firma permaneat.

#### VIII. Supplicatio ad regem.

Inclito atque præcellentissimo domino illo gloriose rege, ego ancilla vestre uitissima, servissima omnium ancillarum vestrarum Cognoscat, domine, gratia vestra hominis vassi vestri nomen ille multas inquietudinis et contra rationis ordines servientes sanctæ illius, qui in vestra mercede in regimini ordinatis habere hos faciant, et nulla justitia apud ipso illo con-equare posso. Propterea, domine, supplico, et si ante vestra præsencia luisse, genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggestere mitib[us] ancilla vestra oportebat et in vestra mercede et amore Deo vel illos sanctos cuius famulas nobis exinde defensare jubaberis ut contra malitia contra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domine, nostrum est ad suggerendum. Vestrum est ad ordinandum quæ exinde justiam recipere debeamus, pietas vestra est nobis.

#### IX. Indiculum.

Suggerendo domino piissimo atque præcellentissimo illo gloriose rege. Nos, domini, servientes vestri pagenses illius, quod veraciter cognovimus, vobis innotescere præsumpsimus. Homo alicuius nomen ille nobis dixit eo quod casa sua vel strumenta sua chartarum tam venditionis, cautionis, obnoxiationis, judicis, cessionis, vel donationis, seu et reliqua strumenta chartarum ab igne ibidem cremassent, quia et ille judex vel vicini pagenses ipsius taliter nobis dixerunt vel testimoniaverunt quod ad hoc videndum accesserant, et sic vero et actum aderat. Proinde, domine, suggestere præsumpsimus, et quod exinde cognovimus vobis innotemus. Domine, nostrum est ad suggerendum. Vestrum est ad ordinandum quod ipsa exinde agere debeat.

#### X. Indiculum.

Domina et dulcissima genitrix mea illa, prolis vester ille, serviens vester, illud imprimis quod plurima sunt, et sic necessarium si præsumptio ostendit saltem plenissimam in Domino Iesu Christo vobis destinare præsumo, et supplico pro eo quod iste præsens ille serviens vester a mea parvitate expedit ut nulla malitia de istas culpas quod ipse configurum fecit exinde non habeat, sed ad mea preicatione excusatus exinde esse debeat. Agite taliter quem ego per vos bona fiducia et quem domino et genitore meo jugale vestro illo sano et late proprios oculos celerius mereamur videre. Iterum salutem vobis.

#### XI. Indiculum.

\* Sanctorum meritis beatificando domino et fratri Importuno. Domine dulcissime et frater carissimo Importuno, quod recepisti tam dura aestimasti nos jam vicina morte de fane perire, quando talem annam voluisti largire, nec ad pretium nec ad dominum non cupimus tale annona. Fecimus inde commentum, si dominus imbolat fermentum, a foris turpis est crux, ab intus miga nimis est fusca, aspera est in palato, amara et foetida adoratus, mixta velut apud novella faciunt inde oblate non bella semper habebas gratum qui tam larga manu voluisti donatum, dum Deus servat tua potestate, in qua cognovimus tam grande largitatis. Vos vi listis in domo quod de

\* Vide *Histoire de Notre-Dame de Soissons*, pag. 121.

fame nobiscum morimur. Homo, satis te præsumo salutare, et rogo ut pro nobis dignetis orare. Transmisimus tibi de illo pane. Probato si inde potis manducare. Quandiu vivimus plane liberat nos Deus de tale pane. Congregatio puellare sancta refusat tale pasta. Nostra privata stultitia ad te in summa amicitiae. Opto te semper valere et caritatis tuae jura tenere.

### XII. Item alium.

Beatificando domino et fratri Frodeberto papæ. Domine Frodeberte, audivimus quod noster frumentus vobis non fuit acceptus. De vestra gesta volumus intimare ut de vestros pares nunquam delecte hoc jogo tale hoc referre. Illud enim non fuit condignum quod egisti in Segeberto regnum de Grimaldo magorem dominus, quem ei sustulisti sua unica ova sua uxore, unde postea in regno nunquam habuit honore, et cum gentes venientes Toronica regione misisti ipsa in sancta congregatio. . . . . monasterio puerarum qui est constructus in . . . . . Non ibidem, lect ones divinis logistis, sed . . . . . nis inter vos habuistis. Oportet sat. . . . . conlocutione quem nec est adeo ar. . . . . ta sic est ab hominibus vestra so . . . . dentiae, sed qualem facu . . . . . monasterio pueila . . . . . monasterio tuis . . . . . perdisti . . . . . Importunus de Parisiaga terra.

### XIII. Parabola.

Domino meo Frodeberto, sine Deo, nec sancto, nec episcopo, nec regulari clero, ubi regnat antiquus hominum inimicus, qui mihi minime credit factu tuo vidit illum tibi necesse desidero, quare non amas Deo, nec creditis Dei Filio. Semper fecisti malum. Contra adversarium consilio satis te putas sapientem. Sed credimus quod mentis. Vere non times Christo, nec tibi consentit. Cui amas, per omnia ejus facis opera. Nec generis tui diligenter Christianum, quando in monasterio fecerunt temetipsum. Tuus pater cum Domino non fecit sancta opera. Propter dominus digito relaxavit, te vivo docuit et nutri. . . . . unde se postea penitivit. Non sequis scriptura nec rendis. . . . . iqua memores Grimaldo qualem fecisti dannum. . . . . et Deo non oblitus de bona qua tibi fecit quid inde. . . . muliere sua habuisti conscientia tua nec . . . . .orum peracta sed contra canonica. . . . . ea de sancta congregatio apud. . . . . non ex devotione, sed cum gran. . . . . cur nos scimus dannos nimis. . . . . tollis eis aurum et arg. ntum et honores. . . . . liberat per ha. regiones cur te præsumis tantum damnare suum thesaurum. Quod ut alibi ubi cum rogas per tua malefacta, quod non sunt apta, amas puerella de qualibet terra pro nulla bonitate nec sancta caritate. Bonus nunquam eris dum tale via tenes. Per tua cauta longa sat ire si non est. Per omnia jube te castrare, ut non pereas per talis; quia fornicatoris Deus judicabit. De culpas tuas alias te posso contristare. Sed tu jubes mihi exinde aliquid remandare, ut in quale nobis retinet in tua caritate exeat istas exemplarias per multas patrias ipso domino hoc reliquo se vidis amico qui te hoc nuntiat et donet consilium verum, sed te placit lege et pliga in pectore repone. Si autem non vis, inhebet in dodec.

### XIV. Item alia.

Incipiunt verba per similitudinem juncta de fide vacua, dono pleno falsatore. Agno Salomon pro sapientia bene scripta hanc sententiam, ut ne similis sit stulto, nunquam respondes ei in multo, et retractavi tam in multo in sic respondere jussi stulto ut

A confundantur stultum grado nunquam præsumat gloriarie respondi dixi te falsatore nec ei parcus in sermone qui se plantatum ex robore qui non pepercit suo ore vaneloquio susurrone verborum vulnera murone qui sui obl. .... adjutoris, immemores nutritoris, calcavit.... qui sei date et prioris alodis sui reparatoris sordidas vomit pudoris incredulas dicit loquellas et improbus coquinat et conscientias bonum merito conquistas, mundas, sanctas et antiquas, pulchras, firmissimas et pulitas meas rumpit animaticos, verba dicit qua nonquam vidit, ea scribit qua fecit animus. Parcat qui eum credit. Et si loquenter non stringit furorem latro fraudulentus homicidium est reus certus adulter, raptor est manifestus. Innumerous fecit excessus. Errando vadit quasi cœcus. Fuscare tentat meum decus. A Deo dispectus et desertus, ab inimico est perveritus et per lingua et per pectus. Nolite, domine, nolite fortis, nolite credere tantas fortes. Per Deum juro et B sacras fontis, per Sion et Siuai montis, falsator est ille, factus excogitator est defamatus, deformatus vultu, et deformata sunt. Qualis est animus, talis est status. Non est homo hic, miser talis latrat, sed non ut canis psallat de trapa, ut linguaris dilator major, nullis talis falsator grunnit, post talone buccas inflat, in rotore crebat et currit in sudore, fleumas jactat in pudore; nullum vero facit pavere qui non habet adiutoriem super secundum meum tutorem non meum..... tale baronem non... co contra insolentem non cessat..... ab exaperto sacco..... acco et saltæ detrascia.... non timere falco non perdas illo loco, non vales uno coco, non simulas tuo patre, vero nec tua matre, non gaudeas de dentes, deformas tuos parentes. Ad tua falsatura talis decet corona.

### XV. Indiculum.

Nolite, domine, nolite, sanctæ, nolite credere fabulas falsas : quia multum habet s falsatores, qui vobis proferunt falsos sermones, furi atque mironis, similis eriam et susurronis ; et vobis, domine, non erunt protectoris. Latrat vulpis, sed non ut canis. Faltus semper inanis cauta proferit jam non fronte. Cito decadet ante cano forte. Volat upus, et non arundo, iste commedit in so frundo. Ilunile facit capta dura, sicut dilatus in falsatura falsator vadit tanquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, et occidit quod nunquam vidit. Nolite, domine, atque prudentis vestras non confundat mentis, et non derelinquere serventes. Tempus quidem jam transactus. Et hoc feci quod vobis sunt adaptum. Jam modo per verba fallacia sexum defectus de vestra gratia.

### XVI. Incipit edictio.

Cum in præsentia inluster vir ill. illo mallavit. Sed ille petit ut scriberet quod petivit, irrita imperatores saneserunt decreta ut nullus a judicio suspicere præcurrat, antiquam solemnia pacificerit, ut his qui fidem dat et nec objecti sunt præomaticis c.ctionis lex pena succurrit. Edictio, inquam, ob rem petitio in conspectu magnitudinis vestri, ut homo nomen illi est illas post se mali ordine præoccupasse dinoscatur, ut hoc vestra prudentia integrum et legalis sententia debeant definire. Ea vero scilicet ratio, ut si in constitutione placitum res illas mihi justissime debitas adprobare non potero, ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus discernit, me impleturum esse pollicor data editio ne de inscriptionibus accusitoribus recrescant Theodosiano nono in ira primi tam civile neque criminalium actio profatio manu accusatore conscripta prædicat, nisi in se repetitione celebrata prius a judice non audiatur.

### XVII. Indiculum generale ad omnes.

Domino magnitudo sapientiaque decoratum et dono Dei regali gratia sublimato illo ille ultimus errorum Dei servus ac si vilis ille iustinus vocatus episcopus, salutem vobis multimodam una cum confratres nu-

**A**gnos vestros, qui ad limina sanctorum illud noctuque pro vobis obsecundare noscuntur, præsumimus. De cæterum cognoscat iu-  
vestra precamur atque supplicamus vobis de-  
m' unde iste præsens serviens vester missus  
anotuerit, ei in suum placitum esse dignetis,  
missa vestra ita ut consuetudo vestra bona  
a nos frequenter operata est.

**XVIII. Item alio.**

so procerumq[ue] illus' rem optimate ill. re-  
tia sublimatum et a nobis cum magna vene-  
re reverentia nominandum in Dei nomen  
nus servorum Dei servus salutem vobis in  
lam multimoda destinare præsumimus, una  
i al congregatione fratrum nostrorum, quam  
cordis nostri continet plenitudo. Memorare  
ai qualiter vos nobiscum ante hos dies con-  
dignatis et in oratione quamvis nos indigni-  
dare dignatis. Precamur atque supplicamus  
la vestra ut ad necessitatem fratrum nostro-  
mores vestros aliquid de eleemosyna vestra  
re jubeatis, et quicquid exinde vestra cle-  
rga nos disponit agere, per vestro venera-  
p[ro] nobis dignetis facere certiores; et unde-  
nobis injungitis aut injunctum habetis de  
bus vel de alio servitio, parati sumus vestris  
vestrorumque omnium servientium fidelis-  
e.

**XIX. Item alio.**

issimo ac sanctis ceremoniis observantem  
nte spirantie exsuperantem domino Patre et  
m gregem Christique vice agente illo ponti-  
mus omnium servorumque Dei servus ille.  
tentiam pietatis vestrae has apices destinare  
psimus, non nostri freti obsequio, sed vestra  
diu culminis pietate. Ideoqua quasi ad pre-  
nua vestra deosculantes, suggestiuncula no-  
bis propter quod mancipia beati patroni vestri  
asterio nostro luga lapsa in vestro dominio  
i sunt advenisse. Ideo supplicamus clementiam  
et quomodo iste missus noster nomen ille hac  
suggestiuncula vobis detulerit, sicut vestra in  
s bona erga nos est consuetudo, inter nos seu  
me nostra justicia inquirere jubeatis, qualiter  
ratio nostra obsecrantes Deo oratores vestros  
Dei misericordiam pro vobis detecte im-

**XX. Item alio.**

no sancto ac sanctis ceremoniis observante  
illo et in Christo patre ego ille salute in vobis  
uno cum omni congregatione fratrum  
plenissimam dirigere præsumimus, tam  
scilicet congregationem vestram, quam  
sub norma sancte regule ad protegendum  
a misit. Supplicamus caritatem et fraternita-  
tam ut inter nos seu monachis nostris ora-  
peculiares esse debeant: quia quamvis in  
errarum distet corporalis nostra conversatio,  
bene nostis, non separant spatia terrarum  
ciat caritas vera: quia si unus in oriente et  
occidente consistat, ambo pariter orando  
in caritate glutinantur. Supplicamus etiam.

**XXI. Item alio.**

no inclito fideliq[ue] Deo atque regale gratia  
do atque a nobis veneratione et amore co-  
mum v[er]o illo optimate illo maximam salu-  
te inviolabilem cupio et vobis præsumimus  
re. De cæterum compcriat industria vestra eo  
æterna gaudeat floreatque per tempora nobis-  
stra, et quandoque terrena linquitis, calesti-  
realis agminibus glomerare.

**XXII. Item alio.**

mo et in Christo Patri apostolica sede colendo  
illo ille proprius vernaculaus vester salutem  
in Domino multimodum destinare præsumi-

**A**mus. Cognoscat, domine, sanctitas vestra quod ser-  
vies vester nomine illo ad nos venit et dixit se ne-  
glegentia contra vos habere pro qua gratiam vestram  
non habeat. Proprieta supplicamus, quasi ad pre-  
sens genus vestra deosculantes, ut ipse apud vos  
excusatus sit et eum per nostram preicationem recipi-  
ere et consilium ei facere ordinetis. Agat, domine,  
sanctitas vestra sicut semper erga nos facere con-  
suevit. Sanum et incolumem vos citius merear  
videre.

**XXIII. Item alio.**

Domino almisico, excellentiae decore ornato, ac  
beatissimo, meritisque venerando, amabiliter dili-  
gendo, sanctitatis culmine conspicuo, ac nobilitatis  
titulo decorato, piissimo, sive sacra eloqua seu  
præcepta Dei plenissimo, sanctorum meritis co-  
sequando, et palma triumphationis atque sanctitatis  
gratia ornato, inclito præclaroque. Deus omnipotens  
faciat in sancta religione permanere. Venerabili in  
B Christo et a nobis cum summa reverentia nominando  
illo episcopo ego ill. in Domino perpetuam mittio sa-  
ludem. Multimoda nobis benevolentiam vestram ge-  
nerare comperte gaudia quotiens nobis aditus de-  
derit opportunos ut ad indagandam suspitatem ve-  
stram nostras dirigere apices debeamus. Quia nihil  
melius niai ut invicem mutuam caritatem orando in  
invicem alterutrum spiritualia pabulum subinistrare  
non cessemus. Hilarum et gaudientem citius vos cer-  
nere mereamini.

**XXIV. Item alio.**

Summa veneratione nobilissimi generis seu in-  
dustrie vel sagacitatis culminisque sublimitatis inef-  
fabile a nobis scelentie vestra, domine industris-  
sime, cum summa nobis reverentia nominando illo  
ille exiguis tam multiplices vobis salutes dirigere  
cupimus. Et reliqua. Obscurantes piissimo Domino  
ut vos una cum culminis sublimitatis vestre longa  
per tempora tria conservet deitas, et quandoque  
terrena linquitis, suffragantibus sanctis angelorum  
mereatis costibus glomerare, præcellentissime et  
incite domine.

**XXV. Item alio.**

Domino venerabile industriaque sagacissimo, sed  
industriore sanctitate et gratia Dei pollente, et sacer-  
dotiale apice sublimato, domino illo ille alimus ve-  
ster salutem in Domino vobis præsumimus desti-  
nare. Supplicamus, domine, gratias vestras ut nos  
pro mercede vestra inom, instruere facias, et juxta  
vestram bouam consuetudinem, quod semper nos pie  
ut dulciter gubernare dignastis, ita et nunc agi non  
deditigemus, ut ad cunulum mercedis vestre per-  
venias. Et si ita agitis, maxima dona fratribus no-  
stris juxta solita bonitatis vestrae. Iterum atque  
iterum quasi ad præsens ante genua vestra pro-  
strati precamur ut a copta gubernatione vestra nos  
discedere nunquam patiatur.

**XXVI. Item alio.**

Reverendissimo confratri meo illo ille in Domino  
salutem. Cuius enim longitudi terræ caritati illorum  
non quest evelli quis Christi connectit amor, desi-  
derans desideravi literolas parvitatibus meæ fraterni-  
tati tuæ dirigere, ut statim quod præsens loquelle  
conspiciu tuo loqui non valet, vel has apices ibi  
emarent. Cupio valde quem recordor absentem, ut  
cum quo mente sum, cum eo etiam corpore sim  
præsenti. Divinitas tibi servet per multos annos, pa-  
rens et custos Dei æterni, quem collinus, Jesu Chri-  
sti.

**XXVII. Donatio a die præsente.**

Sacrossanctæ basilicæ sancti illi monasterio vel  
alio loco illo constructæ, ubi venerabilis vir ille  
abbas vel episcopus aut presbyter cum suis clericis  
vel monachis præesse videntur, ego ille cogitans Dei  
amore vel æterna retributione, idcoque cedo ad die  
præsente ad supradicta basilica et monachis ibi con-

sistentes, cessumque in perpetuum esse volo, portio-  
nes meas in loco nuncupante illo, sitas in pago illo,  
qua mihi tam de alio de quocunque libet ad tracto advenit vel advenire potest  
legibus in supra memorata loca, tam terris, domi-  
bus, ædificiis, mancipliis, libertis, accolabus, merita  
accolanorum, vineis, silvis, pratis, pascuis, campis  
cultis et incultis, aquis, aquarumque decursibus,  
mobilibus et immobilibus, cum omnibus adjacentibus  
et appendicibus vel coloniis ad se pertinentibus,  
cum omni integritate vel superposito, quicquid dici  
aut nominari potest, in supramemoratos pagos vel  
ubique de supradictas portionibus tenere vias sum,  
totum et ad integrum ad die praesente ad jam memorato  
monasterio vel ad ipsos monachos ibi consistentes  
perpetualiter tradit atque transfundit, de meo jure in  
vestra tradit dominatione ad possidendum, ut quicquid  
exinde facere voluerint, liberam ac firmissimam in  
omnibus habeant potestatem a die praesenti faciendi.  
Si quis vero, quod fieri non credo, in futurum, si  
ego ipse, aut ullus de heredibus meis, aut illa emissa  
vel opposita persona, vel quislibet qui contra  
hanc cessionem meani, quam ego bona voluntate  
fieri et affirmare rogavi, venire, agere, aut resul-  
tare, vel per quibusunque modis repudie aut in-  
frangere conaverit, nec hoc valeat vindicare quod  
repeit, et insuper partibus supra memorato mona-  
sterio vel monachis ibidem consistentibus duplum  
tantum quantum ipsas res eo tempore emelioratas  
valuerint componat; et insuper socio fisco multa  
auri libra una coactus exsolvat, et haec cesso omni  
tempore firma permaneat, stipulatione subnexa.  
Actum loco illo.

### XXVIII. Ad testamentum faciendum.

Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo. Anno illo illius regis, sub die xii Kalendarum illarum, feria illa, indictione illa. Ego ille filius illius sana mente integroque consilio, metuens casus humanæ fragilitatis, testamentum meum condidi, quem illi scribendum commisi, ut quomodo dies legitimus post transitum meum advenierit, recognitis sigillis, inciso fino, ut legis decrevit auctoritas, per illustrem virum illum, quem in hac pagina testamenti nostro legatorio institui, gestis reipublicæ municipalibus titulis ejus prosecutionibus ab ipsis muniantur, et in archivis basilicæ sancti illi conservandum decrevi; ut quicquid unicuique de rebus meis propriis habere decrevi, singulariter in hoc testamentum meum inserere curavi. In reliquo vero qualesunque aut quocunque epistulas aut testamenti vel concriptionis de nomine meo manus meas firmitas ostensasque fuerint, et ante hoc testamentum prænotatas, quas hic non commenoravero, excepto de ingenuitatis quas pro animis meæ remedium fecimus aut adhuc facere volumus, vacuas per-  
maneant; et quod uniuersique per hoc testamentum dederit darique jussero, id ut faciat deitur, præste-  
tur, implatur, te omnipotens Deus testem committo. Quapropter dum non habetur incognitum qualiter dispensante Deo ad habendum vel possideendum loca sanctorum illorum de rebus meis propriis delegavi in perpetuum ad possidendum, dedi quoque ad basilica illa portiones meas atque denominata, id sunt illa, quicquid in ipsa loca superius nominata habere videor, totum et ad integrum ad basilicas superius nominatas proficiat in augmentum. Illas vero cessiones quas ad libertos nostros illos ad eorum ingenuitates confirmandas fecimus, id sunt ille et ille, quando ipsos pro animis nostræ remedium ingenuos dimisimus, ut dum advivunt hoc teneant et post eorum dicessum cum omni superposito ad jam clæ ecclesia sancti illius, ubi eis patrocinium et defensionem constitutimus, revertere faciant. Volumus enim ut ingenuos quos fecimus aut in antea fecerimus, quicquidque in ipsa loca manent quod ad sancta ecclesia illa delegavimus, inspecta eorum

A libertate super ipsis terras per ingenuos comman-  
dant, et aliubi commanendi nullam habeant potesta-  
tem, sed ad ipsa loca sancta debeant sperare, et nullus de ipsis lidemonio ad nos heredes nullatenus reddant; et de hoc quod aliquibus eis per chartas dedimus, nullatenus aliubi vendere nec alienare habeant licentiam. Similiter donavimus donatumque in perpetuum esse volumus ad monasterium illam, ubi venerabilis abbas ille præsse videtur, villas illas in pago illo cum omnibus adjacentibus vel appendicibus earum, quantumque ibidem tenere vel possidere videamus, per qualibet adtracto ad nos pervenit aut legibus venire debet, totum et ad integrum cum omni superposito a die praesente in honore sancti illius vel abbati illi tradimus ad possidendum, cum dominibus, ædificiis, mancipliis, accolabus, libertis tam ibidem oriundis quam aliunde translatis vel ibidem commanentibus, vineis, silvis, campis, terris cultis et incultis, pratis, aquis aquarumque decursibus, cum exio et regresso, omne genus pecorum tam majore, mobilibus et immobilibus, omnem rem rixam — quisam, tam aurum quam argento vel reliquias fabri-  
caturas, tam ministeria ecclesiæ vel strumenta chartarum, libros vel vestimenta ecclesiæ, vel omni præsidio quod mihi legibus vivens possidere video et mihi redibetur, et quicquid dici aut nominari potest, totum et ad integrum ad jandictum monasterium sancti illius proficiat ad augmentum, inspectum illud strumento quod antea ad jandictum monasterium fecimus. Præter ista omnia re-ervamus in Falcidi heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere. Quod si hoc facere neglexerint quicquid eis deputavimus perdant, et de omni corpore facultatis meæ penitus reddantur extranei. Et si aliquid comparavero, aut ex parentibus meis mihi obvenierit, vel ad traxero, vel per qualibet ingenium ad nos pervenirerit, quod in ipso testamento supra non commemoravimus, post nostrum discessum causa sancti illius per rectores suos recipiat perpetuiter ad possidendum. Per præsentem testame-  
tum basilicam sancti illius heredem meam instituo, et quicquid unicuique deputavi, fidei tuae committit quia haec quod tibi deputavi malo te habere quoniam, te magis quam ceteris heredibus ac proheredibus meis. Si quis vero, quod futurum esse non crede, si aliquis heredum ac proheredum meorum, vel quislibet opposita persona præsentem testamentum meum infrangere conaverit vel tenire præsumperit, in primis usque dum veram emendationem proin corrigitur, Deo et sancti suis habeat contrarios, et a liminibus ecclesiæ elicitur extraneus, et insuper inferat ei cui pulsaverit una cum socio fisco auro libras coactus exsolvat, et nihilominus præsens pagina firma permaneat, quam manu mea propria subler firnavi, et bonorum hominum signis vel allegationibus roborandam decrevi, stipulat onc. Actum loco illo.

### D. Item aliud testamentum ad locum sanctum.

\*\*\*\*\* mansus et peculiare seu merita coruin, præter tantum illa et illa loca, ad legitimos heredes serva. In reliquo vero ego jandictus ille quantum superius est in aeri vel comprehensum, omnia et in omnibus, quicquid dici et nominari potest, ad supra scripto monasterio ejusque congregatio in alimento seu in stipendia seu substantia pauperum ad die præsente dono, cedo, tradit, atque transfundit, ut quicquid omnia supermemorata para ipsius monasterii ejusque rectores facere elegerint, liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem libero arbitrio. Liceat vero in cessionibus minime est necesse poenam inserere, sed tamen pro rei totius firmitate mihi complacuit intimare si fuerit, quod nec fieri credo, aut ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus aut proheredibus meis, vel quislibet potens aut inferior vel emissa persona qui contra

**A**tem epistolam donationis, quam ego plena et voluntate fieri et affirmare rogavi, venire me infrangere tentaverit, aut aliqua calunnia petitione vel refractione insurgere aut opposicatos fuerit aut præsumpsit, in primis et quantum ipsas res eo tempore melioratas sit, contra cui pulsatur seu partibus jamdicti fierii componere et satisfacere adimpleatur, et una cum socio fisco aurum tantum coactus sit, et sua repetitio nullo umquam tempore nuncat effectum, et hæc donatio omni tempore permaneat, stipulatione submixa. Actum in lo.

**X. Confirmatio traditionis ad monasterium.**  
Illa locum traditionis qualiter vel quibus praesens, qui subter firmaverunt, ubi veniens homo nomen ille vocatus monachus ad illas quod ille hos annos per suam epistolam donationis monasterio illo, quod est in honore sancti illius, et abba una cum congregatione monachorum videtur, jamdictus ille in villa illa qui villa, et ad præsens fuit, et per unanimamque et loca per singulas per portas et per ostia de villas vel de illas casas dominicas jam præesse ad missis de ipso monasterio vel ipsius abbatis illius nomen ille, omnia quantum epistola donationis est insertum vel comprehendit, in omnibus tradidit et consignavit et cum ea res in omnibus vestrum et plico et fistula in omnibus se exitum dixit et fecit. His præse actum fuit.

**XI. Qualiter parentes filios suos offerant in monasterio.**

Et legaliter sancitum antiquitus tenetur et in eum oblationibus Domino parentes suos et alios in templo Domini feliciter servituros, dubio hoc de nostris filiis faciendum nobis sit præbetur exemplum. Aequum etenim iustitiae nostro de nobis reddere fructum. Et bene filium nostrum nomine illi, cum oblatione manu atque petitione altaris palla manu mea ad nomina sanctorum quorum hic reliquæ existunt, et abbate præsente, tradit coram testigiariter permanensurum, ita ut ab hac die non illi collum de sub jugo regulæ excutere, sed ejusdem regulæ fideliciter se cognoscat inserviare et Domino cum ceteris gratanti animo re. Et ut haec nostra traditio inconsulta pertinet, promitto cum jure jurando coram Deo et eis quia nunquam per me, nunquam per aliam personam, nec quolibet modo per rerum facultates aliquando egrediendi de monasterio occasionem. Et ut hæc petitio firmaret, manu mea eam subter firmavi. Ista sunt b.

**XII. Promissio stabilitatis in monasterio.**

Ille initio conversationis mea diligenter ad me considero quod petitionibus meis primum ictis concessus est introitus, sed diu mihi vel viae hospitii locus est misericorditer adtributus; in quo per paucos dies demoratus, novicius domini progressus; in qua mihi dura et primum a seniore sunt prædicata, et stabilitas promissio expedita, et ter in anno lecta tradita regula cum admonitione dicentis: Ecce quæ militare vis. Si potes observare, ingredi. Si non potes, liber discede. Hoc erga videntes, etiam atque morosum mihi spatium adtributans adiutorum prætermisso ut me iam vestro sociare dignemini humiliiter deponco. Ego hec regule instituta, Domino juvante, ser-

A vere promitto, et propter vitæ aeternæ præmium coram Deo et angelis ejus humiliter militaturum subiicio, ita ut ab hac die non mihi licet collam de sub jugo excutere regulæ, quia sub annali optione aut excusare licuit aut suscipere. Et ut hæc professionis meæ petitio a vobis firmiter teneatur, ad nomina sanctorum quorum hic reliquæ continentur et presentis abbatis illi, conscriptam tradit in perpetuum habendam, et manu mea roboratam super altare repono perennier reservandam.

Ego ille promitto stabilitatem meam et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo et sanctis ejus.

**XXXIII. Petitione quam ante votum monachi quislibet facere debet.**

Domino venerabili in Christo Patri illo abbati de monasterio illo, qui est constructus in honore sancti illius, simul cum felici congregatione vestra, quani Dominus de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum sub jugo militari atque servitutis Christi atque alia protectionis secundum Evangelium Christi regulariter vobis coadunavit. Igitur audivimus quod Dominus noster Jesus Christus per Evangelium suum adiunxit dicens: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus (Luc. xiv).* Et alibi: *Qui reliquerit patrem aut matrem, fratres aut sorores, domus aut agros, et cætera propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam eternam possidebit (Matth. xix).* Perimus ergo beatitudinem caritatis vestrae ut nos in ordine congregationis vestrae dignemini recipere, ut ibidem diebus vita nostra sub regula beati Benedicti vivere et conversare debeamus, quatenus suave jugum Christi et onus ejus leve sentiamus. Igitur nostra fuit petitio et vestra decrevit voluntas id ipsum implore. Quod ita fecisti. Abrenuntiamus ergo omnibus voluntatibus nostris propriis, ut Dei sola voluntas fiat in nobis, et omnibus rebus quæ possidemus, sicut evangelica et regularis traditio edocet. Nihil rebus terrenis ab hac die possessuros nos spondimus, nisi quantum a Patre monasterii donante aut permitente alimenta aut tegumenta corporis acceperimus. Obedienti in vobis, in quantum vires sufficiunt, Dominus dederit nobis adiutorium, conservare promittimus. Stabilitatem conversationis nostræ in congregatione vestra teste Domino, devoto animo cum observatione regulæ usque in fine proflamur servare, nisi tantum, quia ignoramus futura, si fortasse causa utilitatis animi accedat ut per vestrum comitatum discedamus, aut etiam illud si contra voluntates nostras, quod abiat, separemur a principibus vel a barbaris; et ipsum si fuerit factum, in quantum possumus, semper ad ipsam congregationem revertere faciamus, et sub sancto ordine perseveremus. In reliquo vero per nullum ingenium de predicta congregatione vestra vel jugo sanctæ regulæ seu de potestate obedientie vestre nullam habeamus licentiam nos abstrahendi aut contradicendi. Quod si, instigante antiquo hoste, aut voluntate nostra propria hoc facere tentaverimus, in nullis modis hoc vindicare valeamus, sed ubicunque nos missus vester aut aliquis ex congregatione vestra invenerit, etiam nobis uolentibus, in ipsa vestra sancta congregatione, Deo auxiliante, per vosmetipos facias revocare et secundum regulam ibidem nos dijudicare, ut diebus vita nostra sub divina regula et regimine vestro perseveremus; qualiter in die judicii ante tribunal æterni judicis, ipso adjuvante, salvos nos representare possitis. Et quicunque contra hanc petitionem, quam nos bona voluntate scribere rogavimus et subter firma-

<sup>b</sup> Hæc formula in usu adhuc erat ann. 1063.

<sup>c</sup> Note ad Concord. regul., pag. 940, 975 et 1005.  
S. Gregor. lib. 1., ep. 46

vimus, per quemlibet modum agere aut infrangere  
voluerit, in primis sciat se a Deo damnandum, quem  
irritat, et insuper secundum canoniam institutio-  
nem a communione omnium fratrum sit extraneus  
usque ad hac causa ad veram emendationem per-  
veniat. Manus nostras subscriptione ad honorem  
domini et patroni nostri sancti illius hanc petitionem  
volumus roborare.

#### **XXXIV. · *Ipsa promissio.***

Ego ille, domine abba ille, obedientiam vobis secundum regulam sancti Benedicti, juxta quod in ista petitione continetur, quam super istud altare posui, coram Deo et sanctis ejus, in quantum mihi ipse Deus dederit adjutorium, Deo et vobis promitto custodiare, et in quo possum, ipso auxiliante, conservo. Amen.

**XXXV. Exemplar promissionis sicut solebant antiqui monachi regulam promittere.**

In nomine Domini. Promitto me ego ille in sacro monasterio beati martyris sive confessoris illius secundum instituta beati Benedicti coram Deo et sanctis angelis ejus, \* præsente etiam abbate nostro illo, omnibus diebus meis in hoc sancto monasterio amodo et deinceps perseveraturum et in omni obedientia, quodecumque mili præceptum fuerit, obediaturum. Ego ille hanc promissionem a me factam manu propria coram testibus scripsi et roboravi.

**XXXVI. Indiculus pro monacho qui fugerit de monasterio.**

**b** *Demino illi ille.* Sugerentes sanctitati vestrae, certi de vobis quia veritate animosa pietas non recusat, nec fides recta aliquando patitur quamcumque jacturam. De cætero cognoscatis quod noster frater ille qui in monasterio nobiscum fuit nutritus, tonsuratusque est, obedientiam coram Deo ei sanctis ejus ac stabilitatem promisit, atque in nostra clericatus officio ipse ordinatus est, <sup>c</sup> hoc ipsum oblitus discessit a nobis et rediit post Satanam, sicut reverti solet canis ad vomitum suum, et sus lota in voluntario latu, et nunc honorem seculi diligens, divitiis ac terrenis rebus sectans, vobiscent degens. Vos tamen scitis quicquid saerum divina lumina verbis, eloquio sensuque docent, quod nemo mittit [mittens] manum in aratro, aspiciens retro, apud est regno Dei. Nec vobis latet quid facere canones de hac re commendent, vel regula atque tractatores sancti expouserunt. Itæ enim vos cuncta relegentes, memoriter retinetis quod animo sitemi bibistis. Non sancta synodus Nicæna ordinat ut si quis in monasterio nutritus usque ad summum studium fuerit, et postmodum discesserit, nisi revertatur, desertoris criminis damnetur. Et iterum : <sup>d</sup> Si quis suscepit monachum alienum, ambo excommunicandi sunt. » Canones vero Chalcedonenses (Cap. 4.) ita præcipiunt, ut monachus in oratione et jejunio permaneat, in loco in quo renuntiavit seculo. Deserentem vero excommunicatum esse decreverunt. Canones autem Agatenses (Cap. 27) ita proumuntiant : « Monachum, nisi per abbatis sui permissum, ad alterum monasterium migrantem nullus tenere præsumat. » Canones vero Augustidunenses ita statuunt, ut nullus monachum alterius absque permesso abbatis sui præsumat retinere. Regula namque sancti Benedicti, quam ipse promisit in omnibus custodire, ita edisserat (Cap. 58) : Sciens se lege regulæ constitutum, quod ei ex illa die non licet egressi de monasterio nec collum excutere de sub jugo regulæ. » Et paulo post : « Nec ex illa die proprii corporis potestate se habiturum sciatis. » Quid multa replicem ? Vos sensi-

<sup>a</sup> Bernard., epist. 7, c. 17.

<sup>b</sup> Note ad Concord. regul., pag. 580 - 1010 Flo-  
doard., pag. 499. Capitulajum lib. v, cap. 579, et  
vii, cap. 108.

*Cinnamard.* regul., p. 580 (969).

**B**bus doctis utimini. Ne mihi pluribus verbis opus est vobis scribere. Quaecunque enim a me powerunt dici, haec jam divina gratia vobis contulit. Ueritas namque ut doctrinæ jungatur vita fidelis. Agnosci gravissim non observanda nocebit. Vos autem secundum datum a Deo vobis sapientium facite eum ad locum unde exiuit reverti, ut agat penitentiam. Scientes autem quoniam qui converti fecerit peccatores ob errore vie suæ, salvabit animam ejus a morte, et operit multitudinem peccatorum. Nec vobis decet hominem perverso ambulante secundum desideria cordis sui auxilium prestare ut magis ac magis est in infernum. Sed auferre malum ex vobis: quis qui tangit piecum, coquinabatur ab ea. Et nec abscedere potest homo ignem in sinu suo ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas ut non comburentur plantæ ejus; sic qui consenserit iniquitatem non erit mundus. Iste, qui excommunicatus est, nolite ei communicare, ne honorum vestrorum proxima amittatis; sed cum sanctis Patribus, qui hujus modi hominem excommunicaverunt, partem habere mereatis. Et ubicunque fuerit, abbatii suo auctoritate canonum revocetur. Canon Chalcedonensis (Cap. 10) ¶ Non licet clericum conscribi simul in duas ecclesias, et in qua ordinatus est, et ad quam proficit quasi ad potiorem, ob inanis gloriae cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debere ad ecclesiam in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantum modo ministrare. Eos vero qui ausi fuerint ex his quæ sunt prohibita perpetrare, a proprio gradu recedant. Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua, nulla causa existente probabile, vagatur per alias ecclesias, suscipiatur in communionem. Canon Aurelianensis. Ministri in quibuscumque locis ordinati fuerint per vagitam ubicumque inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia revocentur. Et responde ille abbas futurum esse cognoscat qui hujusmodi personas non reguli animadversione distinxerit, vel qui monachum suscepit alienum.

**XXXVII.** *Qui monasterium in proprio ædificat, qualiter chartam faciat.*

**D** Antiqua legum auctoritas et principum decreta san-  
xerunt ut unusquisque, dum manet in corpore, de pro-  
pria quam possidet facultate voluntate suam literis  
inserat, ut perennis temporibus in violata permaneat.  
Quapropter dum non habetur incognitum qualem  
ego illa una cum consensu Gallicani pontificum in  
re mea propria, quae ex successione parentum me-  
rum mili obvenit, monasterium in honore sancti  
illius ædificavi in loco nuncupante illo, in pago illo, in  
line illa, et constitutimus ibi abbatem nomine illius, qui  
ibidem sanctum ordinem, Deo auxiliante, governare  
faciat et suis monachis ibi constitutat, et per ejus or-  
dinationem ipse sanctus ordo perpetuus sit institu-  
tus et conservatus. Proprietea donamus et dona-  
tum in perpetuum esse volumus ad jam nominato  
monasterio sancti illius vel ad abbate illo ipsum lo-  
cum ubi ipse monasterius est constructus, cum omni-  
bus adjacentiis et appendicis suis, et locella seu colo-  
niciis in villas illas in pago illo. Ista omnia quer superius  
memoravimus, cum omnibus adjacentiis vel appen-  
dicis eorum quatumcunque ibidem tenere vel possi-  
dere videatur per qualibet adtracto totum et ad inse-  
grum cum omni supraposito ad die praesenti in ho-  
nore sancti illius pro remedium anime meæ vel a-  
terna salute dedimus, cum dominibus, ædificiis, man-  
cipiis, accolabus, libertis, vineis, silvis, campis,  
pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, ins-  
tumentis chartarum, librīs, vel vestimenta, sed mini-  
steria ecclesiæ, mobilibus et immobilibus, omnes  
rem inexquisitus, quicquid dici aut nominari audet.

<sup>d</sup> Vide Chartular. Tutel. fol. 50.

- **Vide** *Capitulare Tuter.* fol. 30.
- **Canones S. Leodegarrii.** cap. 10.

Cone. Arelat. I, c. 2.

<sup>8</sup> Concil. Agath., cap. 27.

totum et ad integrum ad suprascripto monasterio vel jam dicto abbati cum monachis suis perpetuauerit, protegente Domino, tradidens ad possidendum. Et dum omnes presules et nobiles personæ agnoscunt et comprovincialibus nostris cognitum est quod ego ille in mea re propria jam nominatum monasterium amplificavi vel cœnobio sancto ibi constitui propter Deum, vel quicquid exinde facere volo, presenti tempore in omnibus mihi maneat libera potestas, propterea per praesentem paginam cum consensu supra memoratorum pontificum constituo ut nullus episcopus alius civitatis, aut archidiaconus, vel quilibet ex clero, aut actores Ecclesiae, nullum ab eis presumant exercere dominatum, non ad mansionaticos aut repastos exigendos, non ad ministeria describendo, non ad abbatem mittendo. Cum vero necesse fuerit chrisma petere, tabulas aut altaria consecrare, sacris ordinibus benedici, abbas vel monachi ibidem consistentes, a quoque de sanctis episcopis sibi elegant qui hoc agere debeant, licentia sit eis expetere, et illi hoc benedicere vel consecrare. Si vero, caritate exigente, pontifex quilibet ab abbate loci illius ibi fuerit invitatus, simpliciter que ei a fratribus offeruntur accipiat, nulla exenia vel inanusculta amplius eis queratur, neque de omnibus rebus ipsius monasterii nullam habeat potestatem. Cum vero abbas ipsius loci accepit transitum, quemcunque de semetipsis monachi ibidem habitantes secundum regulam sancti Benedicti meliorem invenerint, ipsum abbatem ibidem constituant. Quod si ipsi de seipsis talem non invenerint, cum communis consilio illi sanciores monachi aliunde regularem abbatem, qui eis sub regula sancti Benedicti regat, elegendum in eorum maneat potestate. Quod vero Deus avertat, ne ibi sanctus ordo tepercata, et ipse abbas hoc emendare non prævalet aut negligit, potestas inaneatur ipsius monachis ubi cunque in propriis monasteriis rectius et sanctius secundum regulam sancti Benedicti invenerint, expetere, et per eorum salubre consilium ipsum sanctum ordinem regulariter emendare. Quod si pontifex vel aliquis ex ecclesiasticis monasteriis quilibet vel aliqua emissâ persona contra ipsum abbatem vel ejus congregationem de supradictis ordinibus vel benedictionibus vel de rebus meis propriis monasteri per qualemque strumento aut quoque modo ad ipsam casam fuit vel inantea fuerit delegatum, additum, commutatum, vel concessum, vel quicquid ad ipsum monasterium vel ad eorum homines periret, aliquid calumniare aut inquietare vel per quodlibet ingenium minuare tentaverit, a glorioso domino, quem tunc Deus regnum Burgundie gubernare permisit, hoc protinus emendetur. Precor igitur glorioso domino qui est temporibus modernis, et futuris successoribus Deus regnum Burgundie gubernare permisit, et per Dei tremendum iudicium adjurare præsumo, ut præsentem paginam vel facta mea ex iunctio cœnobio meo sua fortitudo contra omnem adversitatem pro mercede sua post Deum jubeat defensare atque solidum in omnibus custodire, ut nullatenus ab infestatione malorum hominum possit intrupi, sed delectet ibidem abbati vel sacerdotibus seu monachis ibidem consistentibus pro vita ipsius et illiorum ejus vel exercitu et omni populo catholico quieto ordine Dominum supplicare. Si quis vero.

### XXXVIII. Qualiter privilegium condatur.

Dominis apostolicis præsentibus temporibus et futuris, quicunque sub fide catholica pastoraliter serviant officia, ille episcopus Christi humiliis. Opportunitum est etiam ut Deum timentes propter ventura futuraque iudicia diligentibus Deum bonum operare, quatenus qui pontifex vocatur in populo, timentibus Deum succurrat affectus; ut qui seculum calcant et Christo servire desiderant, per consensum pastoris quieti ab omnibus infestationibus vivant,

A Quapropter dum non habetur incognitum qualiter monasterio in pago illo, qui dicitur ille, quem illustrer vir ille in aloe proprio construxit, et pro totius defensionis studio per suam epistolam ad præcellentissimum dominum regem Burgundie ipsum monasterium aspicere decrevit, ut communis mercis illius pro fundamento et regale clementia pro defensionis auxilio crescat apud Deum, et nobis jam dicto domino glorioso regi illo opportunum est etere ut privilegiun monachis ibidem habitantibus deberemus largire, ob hoc maxime quia solet contingere ut, morientibus religiosis episcopis, pastoralē locum suscipiant seculares, et res que pauperibus fuerunt condonate magis per gasindos quam per sacerdotes dispergantur, et ecclesiastica vita neglecta conlata bonorum magis per venatores et canes et, quod est gravius, per meretrices expendantur, vel religionis norma distracta levitate laicorum secularia inuste consentiantur, et per eorum iniqua consilia monachorum vitam conturbare præsumant. Propterea ergo ad hac parte semper Christo propitio directore dirigentes communis voluntate ille episcopus et ceteri consensimus ut in eis privilegium claro animo confirmaremus. Statuentes ergo jubemus sub testimoniis sancte Trinitatis et pretium sanguinis Christi, coram Deo et angelis a quo archangelis, ut de predicto monasterio illo vel quicquid ibidem tam regio munere quam privatorum vel quibuslibet rebus atque corporibus est conlatum aut in ante conlatum fugit, ut nullam exinde episcopus civitatis illius habeat potestatem, neque archidiaconus illius, vel ministri et actores Ecclesiae, aut quislibet ex clero in rebus prædicti monasterii nullum præsumat habere principatum in nullam omnino rem quod dici aut nominari potest, non pro pasto exactandum, non pro mansionaticos requirendum, non pro totius omnino re repetendo, non pro abbatem constituenndo, non pro ministeria describendo, non pro altaria aut tabulas consecrando, non pro sacros ordines dedicando, illius civitatis episcopus nullum ibidem præsumat habere accessum, nisi fortasse per communis consensum abbas vel ipsa congregatio cum caritatis gratia pro sancta vita meritis crediderit evocandum. Et si fortasse ab eis fuerit evocatus, non hoc in consuetudine verat, nec munera exinde requirat, sed simpliciter que a fratribus sibi fuerint oblatâ; et expletio caritatis officio, ad propria, sicut de reliqua regis domo, cum pace discedat; quia dignum est ut quod rex hujus seculi cum suis procuribus pro communis salute voluit esse constructum, sub integro privilegio sit in perpetuum a calumniandi occasionibus conservatum. Confirmamus igitur jure perpetuo ut cum abbas ipsius cœnobii de hac vita migraverit, quemcunque sibi monachi ibidem habitantes secundum Deum elegant, absque ullo arbitrio civitatis ipsius antestitis ipsi sibi monachi pastorem instituant, qui eorum sacrum ordinem instanter adtentat. Cum vero fuerit opportunitum ecclesiam dedicare, aut sacros ordines benedici, vel tabulas consecrare, quemcunque de religiosis episcopis abbas ipse vel monachi sibi voluerint invocare, in eorum maneat potestate. Et si, quod absit, ibi ordo sanctus tepercata, et abbas monasterii hoc per se emendare neglexerit, aut etiam ipse cum monachis statuta regularia servare contempserit, etiamsi vix pauci videantur de monachis quorum religio in Christo proficiat, potestas illis maneat quemcunque sibi elegant de proximis monasteriis quem rectius et sanctius secundum regulam sancti Benedicti invenerint expetere, ut eorum salubri consilio studeant sanctum ordinem revocare. Statuimus etiam mulierum accessus intra portas monasterii nullatenus lat. Si quis itaque constitutionem præsentem pro quoque coniudio mutare conaverit, reus omnipotenti Deo effectus a pace Christianorum omnium habeatur extraneus, et insolubili anathematis vinculo vincitus vorieux duc-

nationis Iudee proditoris incurrat. Quod privilegium ut in perpetuo tempore conservetur, stipulatione submixa, manu propria.

**XXXIX. In Dei nomine. Incipit epistola que formata dicitur sive commendatitia.**

Reverentissimo atque religiosissimo et a nobis cum summa veneratione nuncupando illi episcopo ego ille extremus sub pontificali officio Deo famulatum perpetuum in Domino Iesu opto salutem. <sup>a</sup> TIA. TAA AAI. DLXXV. Praesens frater noster ille petuit ab extremitate nostra licentiam ad vestram amitatem prolicescendi, atque vobiscum sive cum vestris habitudi. Cui et nos benivola mente et fraterno affectu, non solum ei copiam ad vos venienti non negavimus, verum etiam ut a vobis sive a vestris gratifice suscipiatur exposcimus. Et si vobis placuerit ut aut in gradu quem modo tenet sacri altaris ministeriet, aut ad altiorem gradum promoveatur, nostro sive nostrorum [vestro sive vestrorum] testimonio suscepito, id ei facere licet; quippe qui nihil in eotale neverimus quo id faciendo ei licentia denegetur. Bene namque in ecclesia in qua haec tenus fuit educatus, bene conversatus, hoc nobis de se sive de sua vita ostendit, ut in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacrorum ministeriorum non sit indignus. Nos itaque, ut homines divini sensus inscii, et arcanorum ignari, præbemus de fratre quale scimus testimonium. Dens est enim quem occulta non fallunt, et qui omnium secreta rimatur, justa illud: *Homo videt in facie, Deus autem in corde* (*I Reg. XVI*). Itas ergo litterulas ideo illi petere et nobis facere libuit ut ille non solum pro profingo aut abjecto non habeatur, verum etiam nostræ humanitatis et caritatis commendatione, a vestra fraternitate libentissime suscipiatur. AMEN. xcviij. Salus æterna, quæ Christus est, et in loco præsenti tempore vobis longevam salutem et in futuro cum sanctis et electis sempiternam largiri dignetur. Amen. DCXCVI.

**XI. Item alia.**

In nomine Patris II et Filii I et Spiritus sancti A. Ille episcopus venerabilibus præsulibus illis carissimis nobis patribus et confratribus pacem omnem et salutem semipternam. Audientes præsentem ecclesiæ nostræ filium illum, in eadem quoque natum, nutritum, atque eruditum, et usque in presbyterii dignitatem a nostro præcessore provectum, vobis vestramque ecclesiæ necessarium esse et utilem, mutua caritate et fraterna compassione destinamus eum vestra paternitati, ut in omnibus, si ut ex vestris uno, illo quoque utamini in Christo, hoc scientes, quia nullius malæ famæ apud nos usque nunc fuit, vita honestus, moribus simplex. Scientia quidem non extollitur a nobis: quia nec potest Homerica, sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus sed exterioribus vulgo egonica. Et quia non divisa, sed unica est Ecclesia Christi, non multiformis, sed concors, inter nos etiam quædam familiaritas pre aliis familiaritatibus animata, decet omnino ut et vos utamini nostri ut vestris, et nos vestris ut nostri. Hæc omnia invicem agamus in Christo Iesu Domino nostro. Et ut hæc nostræ humilitatis litteræ de præfato fratre vestram caritati missæ non fieri, sed fixæ, non ventosæ, sed firmæ, comperiri valeant, Græcos apices, quos ecclesiasticus mos in bujusmodi rebus agendis decrevit, constituit, et obtinuit, subter addere cum numeris ad se pertinentibus curiose decrevimus, hoc est, primos quos jam superius posuimus Patris II, Filii I, Spiritus sancti A, qui exprimum numerum octogenarium quadringentisimum et primum,

<sup>a</sup> Vide Pitheum in Glossario ad Julian. Antecess., p. 253.

<sup>b</sup> Joseph, archiepiscopus Turonensis. Vide Vitam Aquini, p. 12 bis.

A Petri quoque apostolorum principis primam II, qui habet numerum, ut jam dictum est, octogenarium. Nostri quoque nominis primam, vestri secundam, a recipientis tertiam, nostræ quoque civitatis, de qua scribitur, quartam, et vestre, ad quam scribitor, quintam, inductionis quoque præsentis anni numerum, et summam viriusque numeri. Addidimus præterea seorsum in conclusione epistolæ universa prefata, claudentes nonagenarium et nonum numerum, qui secundum Græca elementa, significat { AMEN }. Urte pro nobis orantibus pro vobis. Amen.

**XII. Item adhuc alia.**

Clarissimo in Christo atque sanctissimo fratri illo episcopo itemque ille indignus archiepiscopus in Domino salutem optat. Praesens denique presbyter ille nomine ad nostram configit exiguitatem, nobis rememorans qualiter antecessor noster Iohannes b Joseph eum ordinavit per depreciationm Frederigi abbatis in titulo sancti Martini in villa quæ dicitur illa, et recordans quod nos in ipso die sue ordinationis eum inquisivimus. Ideo ad vestram misimus ipsum prudentiam, ut in vestra illi licitum sit suum peragere parochia officium. Et ut certius creditis a nobis ipsum ordinatum, banc epistolam, quam Formatam dicimus, concludimus eo tenore ut credimus a sanctis Patribus constitutum esse, id est, primam litteram Patris et Filii et Spiritus sancti, ut in nomine ipsius condita conservetur. Item primam litteram Petri ponimus, qui primus apostoli ruit, quæ ut transtulimus, LXXX significat. Ponimus ad nostrorum nominum litteras loci quamvis diversorum ordine tamen ut constitutum est, id est, me indignum primam litteram, vestri gloriose secundam, tertiam civitatis nostræ de qua mittitur, quartam vestre urbis ad quam mittimus. Addidimus inductionem quæ est AMEN. Quod nonagenarium numerum exprimit. Valete in Domino.

**XIII. Item adhuc alia.**

c Reverentissimo almisflueque religionis culto sincerissimo sanctæ illius sedis archiepiscopo vel episcopo Adventus reverendus Metensis Ecclesie amplebis ipsius humilis famulus in Christo pastorum principe mansuram cum gudio prosperitatis et perpetuatis gloriam. Decreta sanctorum CCCVIII Patrum Nicæa constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitate vestram canonicæ aggredimur, et sub nomine formate epistolæ reverenter vestram sauctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia præsenti presbytero vel diacono seu subdiacono nomine illi, has dimissorias dedimus litteras, quæ in nostra diocesi ecclesiastice educatione de ordine clericis ad illum proveximus gradum; ut his canoniciis munitis apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parochia sub defensione ac regime vestre care dilectionis degere licet, et ut eum, si morum probitas et doctrina dignitas suspetit, ad ecclesiasticos ordines promovetis fideliter annuimus, et in situ sanctæ matris Ecclesie canonice soendum ac regendum committimus. Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde minore decrevimus, et annulo Ecclesie nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps fraternitatem vestram ad custodiani sui gregis diu nobis conservet incolumen. Amen d.

**XLIII. Exemplar libertatis.**

Auctoritas ecclesiastica patenter ammonet, impetrat et majestas regia catholicæ religioni accessum præbet, ut quinquecumque ad sacros ordines ex familia propria promovere Ecclesie quæque delegerit, in præsencia sacerdotum, canonicorum simul et no-

<sup>a</sup> Ivo, part. ix, cap. 454, Sirmundus, Conc. Gallice, tom. II, pag. 673.

<sup>b</sup> Vide Sirmundum in hanc formatam epistolam.

bilium laicorum, ejus cui subjectus est subscriptione vel manumissione sub libertatis testamento solemniter roboretur. Idecirco ego Adventius, annuente Christo, sanctæ Mettensis Ecclesiæ episcopus, quemdam Ecclesie nostræ famulum nomen ill. saeris ordinibus oblatum ad altaris cornu nobilium virorum in præsentia per hoc auctoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die et tempore bene ingenuus atque ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus vel natus, exindeque pergalet partem quamecumque volens canonice elegerit, ita ut d. incipit uocem nobis neque successoribus nostris ullum debeat noxiam conditionis servitium. Sed omnibus diebus vite sue sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alii cives Romani, per hunc manumissionis aliquæ ingenuitatis titulum bene semper ingenuus atque securus existat. Num vero peculiare quod habet, aut quod abhinc assequi poterit, facias inde secundum canoniam auctoritatem libere quicquid voluerit. Et ut hanc ingenuitatis pagina inviolabilem obtineat firmatatem, manu propria illam roboravimus.

## a ISONIS

MONACHI SANGALLENSIS

## FORMULÆ.

## XLIV. Tradition ad monasterium.

Huina o genere peccatorum maculis sauciato atque ob culpam inobedientiæ a paradisi gaudiis dejecto, inter cetera curacionum medicamenta etiam et hoc Deus mundo remedium contulit ut propriis divitiis hominies suas animas ab inferni tartaris redinere potuissent, sicut per Salomonem dicitur: *Redemptio animæ viri, propriæ divitiae ejus* (*Prov. xv.*). Hinc et per s. metipsam divina clementia in Evangelio horatur dicens: *Date, et dabitur vobis* (*Luc. vi.*). Et iterum: *Date eleemosynam, et omnia munda sunt vobis* (*Luc. xi.*). His igitur atque aliis Scripturarum amonitionibus ego Wolfsugi compunctus trado atque transfundio ad cœnobium sancti Galli, ubi Grimaldus abbas præesse dinoscitur, quicquid in pago Turgauensi in loco Ramnisperge nominato proprio sudore Starichoflus adquisivit, et cum manu advocati sui Richmari ad prædictum cœnobium contradidit, nibiique ei legitime mea procreationi sub ea ratione possidendum dereliquit ut census exinde annis singulis persolvamus, id est, duos denarios vel duos solidos de grano. Si autem ego illas redimere velim, cum uno solidio id agam. Si vero ego illas non redimam, legitimi heredes mei sub prædicto censu eas possideant. Si autem hoc evenierit ut legitimi heredes mei deficiant atque in sua ingenuitate non permaneant integerrime, statim ad prædictum redent cœnobium perpetualiter possidendum, nullusque eas ulterius licentiam abstrahendi habeat, sed pro remedio animæ meæ neonon et Starichofli semper illuc sint delegatæ, cum pratis, pascuis, silvis, marchis, viis, aquis, aquarumque decursibus, cultis, et incultis, mobilibus et immobilibus, quicquid dici vel nominari potest. Hanc autem traditionem ideo ego facere volui quia illa prior tradidit quam Starichoflus fecit, non perfecta nec litteris fuit mandata. Quod si ego ipse vel illa opposita persona contra hanc traditionis chartulam venire tentaverit, suri uncias tres, argenti pondera quinque ad ærarium regis coactus persolvat, et effectum quem inchoavit non perliciat, sed hæc charta stabilis et firma permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum in ipso cœnobio sancti Galli, præsentibus isis quorum hic signacula continentur. Signum Wolfsugi, qui hanc traditionem fecit. Sig. Heitar. + Amalunc. + Witigouvo. + Tagibreht. + Ricman. + Enno etc. Ego igitur hoc immores monachus rogatus scripsi et sub-

A scripsi. Notavi diem dominicum iv Kal. Jun. anno xiii regni Lodoici, sub Odalrico comite.

## XLV. Item alia.

Ego in Dei nomine illa cum manu advocati mei nomine illo trado ad monasterium sancti illius mancipia totidem, quorum haec sunt nomina. Sed extra hos unum servum emptum nomine illo. In ea videlicet ratione ut ea habeant tempus vite meæ, consumque annis singulis solvam, id est, tantum. Et si redimere volero, eum tanto redimam. Illum vero supra nominatum servum nomine illo in eiusdem censem habeant tempus vite meæ. Et si redimere volero, cum tanto pretio redimam. Post obitum vero meum, si ante non redimero, omnia ad jmdicium monasterium redeant perpetuum possidenda. Si quis vero contra hanc chartulam traditions venire atque intrupere tentaverit, illa multa componat sicut in lege Alamannorum continetur. Actum in illo loco publice, etc.

## XLVI. Præstaria.

Christi enim favente clementia, ille abbas monasterii illius sancti. Convenit una cum consensu fratribus nostrorum ut illa mancipia, quæ nobis ille de illo loco tradidit, ei iterum per præstarium repræstaremus, quorum haec sunt nomina, illum et ejus sobolem his nominibus, sed extra hos unum servum emptum, in ea videlicet ratione ut ea habeant tempus vite sue, consumque annis singulis inde solvat, et si redimere voluerit, cum illo pretio redimat. Illum vero supra nominatum servum illum in eiusdem censem habeat tempus vite sue; et si redimere voluerit, cum illo pretio redimat. Post obitum vero ejus omnia ad supra dictum monasterium redent perpetuum possidenda, si ante non redemerit. Actum in ipsa monasterio publice, præsentibus istig quorum hic signacula continentur. Signum decani, præpositi, cellararii, sacrariorum, portariorum, hospitarii, camerarii. Sig. aliorum testium. Ego itaque ille scripsi et subscripsi. Notavi diem illum, illa data, anno illo illius imperatoris, sub illo comite.

## XLVII. Vindicationis traditionis.

Dum constet plurimis quod a quadam homine nomine illo advocatus cœnobii sancti illius, pro rebus quas ille in illo loco sitas ad partem jmdicium monasterii contradidit, frequenter pro illis rebus interpellatus est. Qua ex re utrinque complacuit atque convenit ut devitandæ deinceps causa contentionis prefata res, pro quibus nos et advocatum nostrum interpellat, ad nos pleniter, id est ad potestatem monasterii redent perpetuum possidendæ, accipiat que a parte ejusdem monasterii aliquo territorium in confinio villæ illius nomine nuncupata, hoc est, totidem juchos, sub tali conventione ut etiam deinceps neutra ullam inquietudinem seu repetitionem moliantur. Quod si inchoatum fuerit, sic tunc pars alteri tantum culpabilis quantum expedit, et quod malo ingenio repetit evindicare non valeat, sed præsens conventionis chartula perennem obtineat vigorem, stipulatione subnexa. Actum in illo loco publice. Signum illius abbatæ et advocati sui illius, qui hanc conventionis chartulam perpetraverunt. Sig. decani, custoris, præpositi, cellararii, portariorum, camerarii, hospitarii. Sig. aliorum testium. Ego itaque ille rogatus scripsi. Notavi diem illum, in illa data, anno illo illius imperatoris, sub illo comite.

## XLVIII. Charta commutationis.

Omne namque quod inter partes diversas bonis moribus sanisque consiliis fuerit diffinitum, necesse est propter iuris futura subiectienda succendentibus temporibus subscriptionis vinculo configare. Sic itaque complacuit atque convenit inter illum abbatem

\* Vide tom. VI Canis., pag. 938; tom. I Rer. Alamannar., p. 59 et 250.

cum advocate suo, seu cœnobii illius, seu inter alios seculares inter illum et illum u' simillas firmitates parique tenore conscriptas cambii sui emitterent. Quas et emiserunt. Ipsum autem cambium in easdem firmitatis emissores nominative visum est nobis inserendum. Deinde namque memoratus abbas seu alius cum manu advocate sui jamicito homini illo in villa nuncupata Juchos et de pratis ad carradas ad jus pertinens sancti illius, et accepte ab illo in villa nuncupata Juchos et de pratis ad carradas, ea duntaxat ratione ut pars utraque accepte jus cambitioris deinceps inconvolsum et inviolabile perennibus temporibus absque ullius inquietudine vel repetitione possident; siveque pari dissimilitudine sanxerunt ut si pars qualibet exim calumniam ingerere, hoc est, si aut memoratus abbas, seu successores ipsius, sive jamicitus ille vel illius heredes aliquam repetitionem moliri tentaverint, sit tunc pars parti tantum culpabilis quantum repete re præsumperit, et in serarium regis auri uncias tres cogatur impendere, sed nihil-

A ominus præsens emissio cambii ejus perpetum sui vigoris obtineat firmitatem, ita duntaxat si imperatoris clementie complacuerit. Actum in illo loco, presentibus istis. Signum illius abbatis et advocatei sui illius. Signum illius decani. Signum præpositi. Signum cellararii. Signum custoris. Signum portarii. Signum camerarii. Signum hospitarii. Signum aliorum testium. Ego itaque innumerens diaconus anno illo imperatoris scripsi et subscrivi. Notavi diem illum, illam datam, sub illo comite. Amen.

#### XLIX. Constitutio dotis.

Dulcissima conjux mea atque amantissima nomine illo, ego in Dei nomine ille. Sumpsit mihi consilium atque complacuit ut ego te mihi in conjugiam accepissem. Quod ita et feci. Propterea dono tibi dotem, sicut nosris utriusque complacuit amicis tibi donare, in pago illo, in illo loco, in villa nuncupata, id est, reclam curtem cum sape circumciaram, etc.

## FORMULÆ ANTIQUÆ ALSATICÆ.

### CLAUDII LEPELLETIER MONITUM.

Has formulæ vetustissimo et optimæ nota Codici earum quæ sunt Marcuphi subjunctas reperimus inter Francisci Pithœci monumenta. In quo quidem Codice non pauce lectiones variaæ ab editione illusterrissimi et eruditissimi D. D. Hieronymi Bignonii in supremo Galliarum senatu advocate catholicoi, quæ multum ad illius restitutionem conferrent et contulissent, si tum summae ac venerandæ antiquitatis Codex Peleterianæ bibliothecæ Pithœci juris fuisse. Non enim dubium quin Pithœus Bignonio, in primis studiorum suorum experimentis, sui Codicis copiam fecisset, et libentissime et humanissime, tum propter arctissimam ex patre necessitudinem, cum propter certam etsi nascentem magni illius nostri sæculi genii expectationem. Pertinent autem ha formulæ, quæ temporibus filiorum Ludovici Pii scriptæ sunt, ad regnum Austrasie, ut quæ Marcuphi ad regnum Burgundie.

#### I. Carta donationis monasterio in precaria.

Ego ille cum manu advocate illud trado ad monasterium S. N., cui nunc S. episcopus abbatis jure præsedit, quicquid hereditatis in Arguna possideo, hoc est in illo et illo loco, ea conditione ut ego inde duos denarios singulis annis vita sue ad ipsum monasterium persolvam. Et filius meus, Ilti, et ejus legitimate procreati easdem res intra sex annos post obitum meum decem libris, in arg. et auro puro a supradicto monasterio redemerunt. Quod si pactum quod cum eis placitus sum confirmaverim et impleverim, potest eadem redemptio, etiam me vivente, si ita mihi et amicis meis complacuerit, fieri. Quod si in aliquo pactum meæ contrarii fuerint, ego de rebus meis ordinandis potestatem habeam. Sic autem hæc omnia trado, ut cuncta et filii meo, Ilti, et ejus procreationi et monasterio proficiant in agris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus, et omnibus ædificiis ac mancipiis atque universa supellectili: nisi tantum quod mancipia quæ jugiter in domo mea consistunt, et mihi specialiter serviant, extra hanc traditionem relinquere decrevi, donec mihi Dominus susinuare dignatus fuerit quod de his, secundum suam voluntatem et utilitatem meam, facere debeat. Si quis vero contra hanc certainam potestativam manu

peractam venire aut eam irrumpere comatus fuerit, ad si-cum regis auri uncias tres, argenti libras octo, coactus persolvat, et haec certa nihilominus arma et stabili permaneat.

Hæc traditio primum placita et facta est in illa feria iv. vii Kalend. Octobris coram N. seniore comite et subscriptis proceribus ac plebeis, atque ruborata est in illa vi die Kalendar. et in undem Fr. vi., coram Ilti, comite juniore, et in multitudine procerum ac popularium, quorum hic pauci admodum sunt adnotati. Signum N. et advocatei ejus N. qui haec traditionem fieri jussérunt et decreverunt. Ego itaque N. notavi supradictos dies, annum N. regis plissimi vii comitem.

#### II. Carta represtationis a monasterio in precaria.

Complacuit mihi S. episcopo et abbatи monasterii S. G. ut res quæ nobis N. tradidit cum consensu fratrum et manu advocate nostri N. hoc ei represtatim. Tradidit autem nobis eadem N. quicquid hereditatis in Arguna in Australi parte Aquilonis Argunæ possedit. Idem in isto et isto loco, ea conditione, ut ipsa inde duos denarios singulis annis vita sue ad ipsum S. G. monasterium persolvat. Et filius illius N. et ejus legiti procreati, eisdem res intra sex annos post obitum ipsius R. x libras in argento et auro puro a supradicto monasterio redimant. Quod si pactum quod cum eis idem N. et procreatio ne ejus placita est confirmaverint et impleverint, potest eadem redemptio, ipsa vivente, si ita ipsi N. et amicis ejus complacuerit, fieri. Quod si in aliquo pactum ipsius contrarii fuerint, ipsa de rebus suis ordinandis potestatem habeat. Sic autem hæc concia tradidit, ut omnia et filio ipsius N. et ejus procreationi, et prædicto monasterio in agris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus et omnibus ædificiis ac mancipiis, atque universa supellectili, nisi tantum quod mancipia quæ jugiter in domo illius consistunt, et ipsi specialiter serviant, extra hanc traditionem relinquere decrevit, donec Deus illi insinuare dignatus fuerit quid de istis secundum voluntatem ipsius et utilitatem suam facere debeat. Hæc conditio primum placita et facta est in N. feria iv. vii Kalend. Octobris coram N. seniore comite, et subscriptis